



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis Prædicatorum

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Pivs Papa IIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

Aut confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, & per nos ipsos iuratis, Quibus omnibus eorum tenores presentibus pro expressis ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanens, hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscunque. Ut autem presentes littere ad omnium quorum interest, notitiam deducantur, volumus eas, seu earum transumptum, (cui manu notarii publici subscripto, & sigillo alicuius personae in dignitate ecclesiastica constituta munito, plenam fidem adhiberi debere decernimus) in Basilica Principis Apostolorum de Urbe, & Cancellaria Apostolicae Valis, atque in Aede Campi Florae per aliquos ex cursoribus nostris publicari, & affigi, earumque copiam inibi affixam dimitti, publicationemque, affixionem, & copiae affixae dimissionem huiusmodi, sufficere, & pro solenni & legitima haberi, nec aliam publicationem requiri, aut expectari debere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae approbationis, innovationis, sanctionis, statuti, derogationis voluntatum, & decretorum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicae Millesimo quingentesimo quinquagesimo octavo, quinto decimo Kal. Martij, Pontificatus nostri anno quarto.

† Ego Paulus Catholicae Ecclesiae Episcopus SS.

† Ego Io. Bellayus Episcopus ostiensis.

† Ego R. Card. de Carpo. Episcopus Portuen.

† Ego F. Car. Pisanus, Episcopus Tusculan. Locus signi.

† Ego Fed. Card. Cessius Episcopus Praen.

† Ego P. Card. Episcopus Albanen. DOMINVS

† Ego R. Card. S. Angeli Maior Paen. MIHI

† Ego T. Card. Crispus.

† Ego Fulvius Card. Perusinus.

† Ego Io. Mich. Card. Saracenus. ADIVTOR

† Ego Io. Card. S. Petalis

† Ego Ia. Card. Puteus,

† Ego Hier. Card. Imolen.

† Ego B. Card. Trauen.

† Ego Diomedes Card. Arianen,

† Ego Scipio Card. Pisarum.

† Io. Card. Reumanus.

† Io. Antonius Card. S. Pancratij.

† Ego Tha. Card. Gaddus.

† Ego Virg. Card. de Spoletio.

† Ego F. M. Card. Alexan.

† Ego Cle. Monilianus Card. Arec.

† Ego G. Asc. Diaconus Car. Cam.

† Ego N. Card. de Sermoneta.

† Ego Ia. Card. Sabellus.

† Ego Hier. Car. S. Georgij.

† Ego Inno. Card. de Monte.

† Ego Aloy. Card. Cornelius.

† Ego C. Cardinalis Carafa.

† Ego Alfon. Card. Neapolitan.

† Ego Vitellorius Card. Vitellius

† Ego Io. Baptista Car. Consiliarius.

Io. Barenus,

Barenus.

P I V S P A P A I I I I.

Bulla Sanctissimi D. Nostri Pij divina providentia Papa Quarti, Con-
cessions facultatis eligendi Notarios in causis officio
Inquisitionis spectantibus.

Pius Episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

RASTORALIS officij cura, meritis licet imparibus, nobis ex alto commissa, nos affi-
due incitat, & inducit, ut vigiles sollicitudinis nostrae oculos diligenter circumspectamus,
ad eaque potissimum nostrae provisionis remedia adhibeamus, per quae sancta & Ca-
tholica fides, ubique prout debet, conferuetur, & augeatur, improbi quoque haeretici illius
impugnatores, quoad fieri potest, debite compescantur, & comprimantur. Sane pro par-
te dilectorum filiorum Inquisitorum, & Commissariorum haereticae pravitatis in diversis regnis, pro-
vinciis, ciuitatibus, insulis, & alijs Christiani orbis partibus deputatorum, nobis nuper expositum
fuit, quod ipsi in causis sanctae fidei aduersus eosdem haeticos profecquendis, personis probatis, &
idoneis, quae officio notarii in eis fungantur plurimum indigere noscuntur. Vnde officio ipsius Inqui-
sitionis, tum propter ipsorum notariorum penuriam, tum quia plerique officium huiusmodi tan-
quam odiosum exercere recusant, ne illud suscipiendo quemquam offendere videantur, magnam
incommodum, & detrimentum generatur. Nos igitur nostrae vigilantiae curam adhibere, in praemis-
sisque opportunè prouiderè volentes, omnibus & singulis haereticae pravitatis Inquisitoribus & Co-
missariis, in quibusuis regnis, dominiis, prouinciis, ciuitatibus, insulis, etiam Graeciae, ceterisque terris
& locis, in quibus Christiana religio colitur, constitutis, & quomodolibet pro tempore deputatis, quod
quoties

Edita anno Do-
mini. 1567.
Ex Archivio ge-
neralis Inqui-
sitionis Roma-
nae.

Campegius ad
Zauch. c. 9. di-
xi. ad Eynter 3.
p. 4. 18. & seq.

Quoties eis expedire videbitur, vnum vel plures, etiam clericos seculares, vel quorumvis ordinum regulares, qui sibi sufficientes, & idonei visi fuerint, in quibuscunque causis sanctæ fidei, & Inquisitionis huiusmodi in notarios eligere, assumere, & creare, eosque ad officium notariatus causarum, prædictarum, deputare, ipsique sic electi, & deputati, acta quæcunque, & processus causarum ipsarum, diligenter, & fideliter describere, & annotare: ceteraq; omnia ad id quomodolibet necessaria, & opportuna facere, gerere, & exercere, liberè, & licitè possint, & valeant, plenam, & omnimodam auctoritate Apostolica tenore præsentium facultatem, & potestatem concedimus, & impartimur. Non obstantibus quibusvis constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, necnon quarumvis ciuitatum, & terrarum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis, illis, & quibusvis notariorum collegiis etiam per sedem Apostolicam quomodolibet concessis. Quibus omnibus eorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permanens, hac vice duratæ specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem, & eadem auctoritate Apostolica decernimus, quod quoniam difficile admodum esset præsentibus nostras litteras, ad singula quæque loca, ubi opus foret deferri, eundem præsentium transcriptum, manu alicuius notarii publici subscriptis, & sigillo officii Inquisitionis Almæ Urbis nostræ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ ipsis originalibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo sexagesimo primo, sexto Cal. Septembris, Pontificatus nostri anno secundo.

Fed. Cardinalis Cæsius.

Cæsar Glorierius.

Barengus.

Registrata in Camera Apostolica.

Claudius de Valle Sanctæ Romanæ vniuersalis Inquisitionis Notarius SS.

PIVS PAPA IIII.

Breue Apostolicum concessum R. D. Inquisitori Auinionen. super non reuelatione, nec publicatione nominum, & cognominum, testium examinatorum in officio

Sanctæ Inquisitionis, tam contra hereticos, quàm contra schismaticos.

Pius Papa Quartus, ad futuram rei memoriam.

Edita anno Domini 1551.
Ex Archivio generalis Inquisitionis Romane



Concilium Biterrense cap. 10
Symonicus 3. p. 4. 75.

M sicut non sine magna animi nostri molestia accepimus humani generis hoste instigante ita schismaticorum & aliorum hereticorum numerus in provincia statu, & diocesi ciuitatis nostræ Auinion. præualuerit, & propter eorum, seu alicuius ipsorum potentiam, & malitiam, nullus contra eos deponere, seu eorum, crimina reuelare, & accusare audeat: quo fit, ut ipsi schismatici, & heretici remaneant impuniti in non modicâ diuinæ Maiestatis offensam, & graue perfonatum Catholicarum scandalum. Nos ne in futurum aliquis metu ipsorum hereticorum, & schismaticorum, eorum crimina reuelare formidet, aliàs in præmissis opportune prouidere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia nostris, Dilecto filio fratri Bernardo moderno Inquisitori Auinionen. vel pro tempore existenti, in dicta Prouincia hæreticæ prauitatis Inquisitori, ut personas quæ, schismaticos, seu hereticos huiusmodi reuelauerint, seu contra eos depulerint, & testificauerint, publicare, seu reuelare minime teneantur. Et si ab eodem Inquisitore aliqua ipsorum testium dicta publicari contingat, ita truncata & secreta publicentur, ut cognitio nominum, & cognominum ipsorum testium, ad aliquam notitiam deuenire non possit. Quodq; ipse Inquisitor à quoquam syndicari nequeat, & nemini, nisi vobis, aut pro tempore existenti Romano Põtifici, & Almæ Urbis nostræ supremis Inquisitoribus de processibus per eum eõrre dictos hereticos, & schismaticos formatis rationem reddere teneatur, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus pariter & indulgemus districtius inhibentes Vniuersis & singulis Venerabilibus fratribus Archiepiscopis, Episcopis, & alijs Prelatis, eorumq; in spiritualibus, & tẽporalibus Vicarijs, seu officialibus generalibus, & dilectis filijs omnibus, & singulis Iudicibus, & personis tam ecclesiasticis, quàm secularibus cuiuscunq; dignitatis status gradus, & ordinis, vel conditionis existentibus, ne ipsum modernum, & pro tempore existẽtem Inquisitorem ad nomen, & cognominum dictorum testium reuelationem & publicationem, seu de processibus per eundem modernum contra ipsos hereticos, & schismaticos formatis, vel ab eo, & alijs Inquisitoribus pro tempore in futurum formandis rationem redditionem actare, nec super præmissis, seu eorum occasione quouis pretextu molestare, perturbare, vel inquietare, audeant, vel præsumant. Irritum nihilominus & inane decernentes, si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, & in Prouincialibus,